



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Simon, & Ivdas Apostoli. 28. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Laqueus est in auro, viscus in argento, nexas in
prædio, clarus est in amore. Dum aurum petimus,
frangulamur; dum argentum quarimus, in visco
sus hæremus; dum prædium invadimus, alliga-
mur; quin etiam mulieris decus dum tentat, astrin-
git. Ambros. de Bono. mortis cap. 5.

SS. SIMON, & IVDAS APOSTOLI.

28. Octobris.

Vbi primùm debellandum sibi orbem Apostoli
sumpserunt, aliis aliò moventibus, SIMON in
Egyptum, IVDAS verò THADDAEVS frater SIMO-
NIS in Mesopotamiam expeditionem adornavit.
Subactis iis provinciis, in Perside copias junxe-
runt, missâque iterum sub jugum CHRISTI in-
numerâ multitudine, demùm uno eodemque
tempore de morte ambo fratres triumpharunt.
quod spectaculum ne Romæ quidem tories trium-
phanti obtigit: Porrò IVDAS dudum antè regem
Edeffæ adit Abagarum (is est qui olim Christum,
cum in vivis adhuc ageret, per amicas literas in
regni societatem evocavit) telam ferens, in quâ
vultum sui quàm simillimum Servator expresse-
rat: munus profectò etsi ipsum artificem suum
non referret, ab artificis certè manu quàm maxi-
mè commendandum. Hoc ubi cubiculo decum-
bentis regis fuit illarum, locum ilicò omnem in-
candatâ luce complevit, mox aspectu suo Abaga-
rum à morbo recreavit, tactu verò pessnavit
etiam. In factis vndis cum omni aulâ suâ ablutus
in conspicuo loco venerandam proposuit,
ipse epigraphen, literis auro liventibus, in hunc
modum adjecit: *Spes nulli umquam imponit, quam
in te Christe ponit.* Recte, ais, Dei effigiem in
honore

Z

honore Abazarus habuit. Tecum sentio, Sed nego illos hodie rectè facere, qui vivos Dei vultus, animos inquam, perturbare per summam injuriam non verentur. *Ex Constant. Porphy. Hieron.*

Quia presentia gaudia sequuntur aterna lamenta; hic vanam letitiam fugite, si illic flere formidatis: nemo enim potest & hic gaudere cum seculo, & illis regnare cum Christo. S. Greg. 11. homil. in Euang.

S. NARCISSVS EPISC. 29. Octobris.

FLorere sibi videbatur Hierosolyma, cum NARCISSVM habere Pontificem odore virtutis charissimum patriæ & acceptissimum. Sed extam pulchro flore pessima aranea invidia venenum sibi suxit. Terni & ex mendacijs compositi cives innocentiam conspirarunt, & sanctissimam vitifamam fœdissimi criminis delatione contaminare sunt aggressi; utque ruitura mendacia perjurio fulcirent, si fallerent, pœnas ipsi sibi iudices rei dictarunt, & primus ignes, alter motum fœdum, ultimus oculorum orbitatem imprecatus est, omnes à Cœlicibus non surdis audiendi. Etenim etsi perfidiæ etiam jurate nemo crederet, testisque maximus & unus omnium instat NARCISSI ipse esset NARCISSVS; execratustamen hic vel suspicionem facinoris subduxit se, & silvarum exilio innocentem se damnavit. Mox tamen aliam in adversarios sententiam celum pronuntiavit. Primus enim ille cum omni familia igne tectis nescio unde illapso exustus facem, ut innocentia pateret urbi, accendit. Alter horrido morbo obsessus, uti à capite ad calcem usque sancti nihil, ira nihil sani habuit. Interea dum vindictam DEVM tuentur, timere sibi oculi tertii re-